

VII. &
VIII.

mentorum Protestantes breviter & perspicuè conscripserunt.

5. Accidit autem anno 1540. huic etiam Articulo, in posteriore editione, variatio haud levis: quae licet prima fonte videatur tolerabilis: accuratius tamen eam expendenti, ὕπερλόγῳ fovere, haud obscure deprehenditur.

6. Patet hoc ex Apendice, quam verbis prototypi ea assuit, quae sic habet: Hac fide accipimus promissam gratiam, quam Sacramenta significant, & Spiritum Sanctum.

7. Geminum appendix isthac Sacramentario fuorori praebet latibulum: Primum enim dum promissam gratiam fide accipi affirmat: Sacramentarij per promissam gratiam intelligentes alteram Sacramentorum partem substantialem, caelestem illam & invisibilem; qualis in S. Coena est Corpus & Sanguis Christi: mox inde fide duntaxat eam accipi: ac proinde, oralem quam vocamus, ut & indignorum manducationem hoc Aphorismo excludi, colligunt.

8. Deinde, Spiritus Sancti mentio, qui fide accipiat, ad eliminandam ipsam Corporis & Sanguinis Dominici in usu sacrae Eucharistiae, substantiam, plurimum opis ac suppetiarum Sacramentarijs subministrat.

Valere